

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Erasmi Roterodami Bvcolicon, Lectu digniss. cum
scholijs Alardi Aemstelredami, cuius studio nunc primum
& repertum & aedium est**

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1539

VD16 ZV 25822

Alardvs Aemstelredamus Iacobo Duue[n]uuordio Harlemaeo iuueni cum
primis Illustri, candidoq[ue] S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29843

ALARDVS AE M S T E L R E

damus Iacobo Duuēuuordio Harlemæo

iuueni cum primis Illustri, candi-

doꝝ S. D.



N tibi mi Iacobe, pro Epithalamio iam o-
lim destinato, & nuper admodum uerecun-
dè flagitato, Bucolicum carmen tuus mit-
tit Alard⁹, & quidem lectu dignissimum.
Quò autem lectum, possit ab omnibus in-
telligi, Scholjs quoque illustrauimus: obiter præter
Scholiorum legem etiam fusius explicato Loco com-
muni de uitando pernitioso libidinosoꝝ aspectu, un-
de omnis, aut ferè omnis uitiorum colluuiis scaturit
atque promanat. Qui etfi semper aliâs, nunc certè in-
primis fugiendus est: fugiendus autem imò ueroꝝ mo-
dis omnibus arcendus. Siue quòd nunquam publice
priuatimꝝ fuerint plura muliebria ostentacula, libe-
riora spectacula, blandiores illecebræ, lasciuiores Ga-
lataæ, solaciores sponsi Penelopes: Siue quòd hodieꝝ
(cur enim non utar Hieronymianis uerbis?) ingredi-
untur expositæ libidinum uictimæ, & tenuitate uesti-
um nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infelix u-
xor aut lætatur, & perit: aut offenditur & maritus in
iurgia cōcitatur. Hinc discordia, seminarium repudiij:
Siue quòd iam nūc pieturis nobilitantur, atqꝝ adeò in-
aurantur propudiosæ Laydes, mammosæ Spatialæ, ef-
feminate choreæ, nasatorum cordax, lasciuicomple-
xus, atqꝝ plusquā obscœna balnea nusquā non ob ocul-
los uerantur. Huiusmodi enim nunc dignantur pari-
etibus, ac postibus suis Christiani quidam, ut que pro-
diuorum imaginibus suspiciant: Siue quòd ubiqꝝ pro-
stibulorum plena sunt omnia, quorum execrabilitas
omnes polluit ciuitates: Siue qꝝ nunqꝝ fuit pōpa fastuo-
fior, cult⁹ supbior, lux⁹ furiosior, libido portētosior,
ut iure in nos cōpetat illud è triuio, Lux⁹ hēt multos,

A 2 pudor

pudor & sapientia paucos . Cupit enim quisque car-
nis curam agere ad concupiscentias , nec tam lubricum
putat, quicquid id est, esse, quam non & sibi lucere tā-
cundem. Proinde nobis quoque male metuendum est,
ne idem nos maneat exitus, qui apud Esaiam refertur:
Et dixit, inquit, dominus , Pro eo quod eleuatæ sunt
filiae Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus
oculorum ibant, & plaudebant & ambulabant, & pe-
dibus suis composito gradu incedebant, decollabit do-
minus uerticem filiarum Sion, & crinem earum nu-
dabit, & pro ornamento erit ignominia. In die illa au-
feret dominus ornamentum calceamentorum , & lu-
nulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &
discriminalia, & periscelides , & murenulas , & olfa-
ctoriola, & inaures, & annulos, & gēmas in frote pē-
dentes, & mutatoria, & pallia, & linteamina , & acus,
& specula, & sindones, & uittas, & theristra . Et erit
pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus , & pro
crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cili-
tium. Bene ualebis amicissime Iacobe. Hoc etiam car-
mine impertias uelim Pyladen tuum Ioannem Regi-
um Leydensium, regaliter ubique sese regentem, à re-
ctaq; ne lubrica quidem ærate uel latum unguem de-
flectentem. Quem ob id singulariter & miror & dili-
go. Quid enim illo syncerius, grauius , modestius?
Quām peritus ille tum Græcē tum Hebraicē. Quantū
rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis
cenet. O singularem eius animi magnitudinem , quæ
nihil ad ostentationem , omnia ad conscienti-
am refert, recte q; facti non ex populi ser-
mone mercedem, sed facto petit.

Coloniæ, Cal. Feb. Anno

1539.

Ioan

